

DIE 17 JANUARII

**COMMEMORATIO BEATI ANTONII
ABBATIS
SIMPLEX**

AD LAUDES
AD VESPERAS

DIE 17 JANUARII
COMMEMORATIO BEATI ANTONII ABBATIS
SIMPLEX
AD LAUDES

Ante laudes toni recti:


¶.: Exsultábunt Sancti in glória.

R.: Lætabúntur in cubílibus suis.

I. Ant Ic



Dómine, quinque talén-ta tra-di-dísti mi-hi: ec-ce á-li- a



quinque super-lucrá-tus sum. *Ps.* Dómi-nus. Eu o u a e.

Ps.92

Dóminus regnávit, decórem
indútus est: * indútus est
Dóminus fortitúdinem, et præ-
cínxit se.

Eténim firmávit orbem ter-
ra, * qui non commóvebitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * a
sæculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómi-
ne: * elevavérunt flúmina vocem
suam.

Elevavérunt flúmina flúctus

suos, * a vócibus aquárum mul-
tárum.

Mirábiles elationes maris: *
mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília fac-
ta sunt nimis: * domum tuam de-
cet sanctitúdo, Dómine, in lon-
gitúdinem diérum.


Glória Patri, et Fílio, * et Spi-
rítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et
nunc, et semper, * et in sæcula
sæculórum. Amen.

2. Ant VIIa



Be- á-tus il-le servus, quem cum véne-rit Dómi- nus, et pulsá-



ve- rit iá-nu- am, invéne-rit vi-gi-lántem. *Ps.* Iubi-lá-te. E u o u a e.

Ps.99

Iubiláte Deo, omnis terra: *
servíte Dómino in lætitia.


Introíte in conspectu eius, *
in exsultatióne.

Scítote quóniam Dóminus
ipse est Deus: * ipse fecit nos, et
non ipsi nos.


Pópulus eius, et oves pascuæ
ejus: † introíte portas ejus in
confessióne, * átria eius in
hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, † in
æténum misericórdia eius, * et
usque in generatióne et gene-
ratioñem véritas eius. Glória.


3. Ant IIIb



Fidé-lis servus et prudens, quem constí-tu-it Dóminus super famí-



li- am su-am, ut det il-lis in témpo-re trí-ti-ci mensú-ram.



Ps. De- us. E u o u a e.

Deus, Deus meus, * ad te de
luge vígilo.

Sitívit in te ánima mea, *
quam multiplíciter tibi caro mea.

In terra desérita, et ínvia, et
inaquósa: † sic in sancto ap-
páruí tibi, * ut vidérem virtútem
tuam, et glóriam tuam.

Quóniam melior est miseri-
códia tua super vitas: * labia
mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita me-
a: * et in nómine tuo levábo ma-
nus meas.

Sicut ádipe et pinguédine
repleáтур ánima mea: * et lábiis
exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stra-
tum meum, † in matutínis mé-
ditábor in te: * quia fuísti adiútor
meus.


Et in velaménto alárum tuá-
rum exsultábo, † adhæsit ánima
mea post te: * me suscépit déx-
tera tua.

Ipsi véro in vánum quæsié-
runt ániam méam, † introí-
bunt in inferióra terræ: * tra-
déntur in mórus gládii, pártes
vúlpium érunt.


Rex vero lætábitur in Deo, †
laudabúntur ómnes qui iúrant in
éo: * quia obstrúctum est os
loquéntium iníqua.

Glória Patri.

4. Ant Ic



Ecce ve-re Isra- e-lí- ta, in quo do-lus non est.



Canticum trium Puerorum

Dan. 8, 57-88 et 56.

Benedícite, ómnia ópera Dó-
mini, Dómino: * laudáte et
superexaltáte eum in sǽcula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dó-
mino: * benedícite, cæli, Dómino.

Benedícite, áquæ ómnes, quæ
super cælos sunt, Dómino: *
benedícite, ómnes virtutes Dó-
mini, Dómino.

Benedícite, sol et luna, Dómino: * Benedícite, stellæ cæli, Dómino.

Benedícite, omnis imber et ros, Dómino: * Benedícite, ómnes spiritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis et æstus, Dómino: * Benedícite, frigus et æstus, Dómino.

Benedícite, rores et pruína, Dómino: * Benedícite, gelu et frigus, Dómino.

Benedícite, glacies et nives, Dómino: * Benedícite, noctes et dies, Dómino.

Benedícite, lux et ténebrae Dómino: * Benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.

Benedicat terra Dóminum: * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, montes et colles, Dómino: * Benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * Benedícite, mária et flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, et ómnia,

quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite, ómnes vólucres cæli, Dómino.

Benedícite, ómnes bestiæ et pécora, Dómino: * Benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedicat Israel Dóminum: * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * Benedícite, servi Dómini, Dómino.


Benedícite, spíritus, et ánimæ iustórum, Dómino: * Benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.

Benedícite Ananía, Azária, Mísael, Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.


Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es, Dómine, in fir-maménto cæli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula. *Hic non dicitur Glória Patri neque Amen.*

5. Ant IIIb



Serve bo-ne et fi-dé-lis, intra in gáudi- um Dó- mi-ni tu- i.



Ps. Laudá-te. Eu o u a e.

Laudáte Dóminum de cælis: *
laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum, ómnes Angeli eius: * laudáte eum, omnes virtutes eius.

Laudáte eum, sol et luna: * laudáte eum, ómnes stellæ et lumen.

Laudáte eum, cæli cælorum: * et aquæ ómnes, quæ super cælos sunt, láudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et créata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præceptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et ómnes abýssi.

Ignis, grándo, nix, gláicies,

spiritus procellárum: * quæ fáciunt vérbum eius:

Móntes, et ómnes cólles: * lígna fructífera, et ómnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennátæ:

Reges terræ, et ómnes pópuli: * príncipes, et ómnes iúdices terræ.

Iúvenes, et vírgines: senes cum iunióribus láudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solius.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hýmnus ómnibus sánctis eius: * filiis Israel, pópulo approxinquánti sibi.

Glória.

Capitulum

Eccli. 45

Diléctus Deo et homínibus, cuius memória in benedictione est. Símilem illum fecit in glória sanctórum.

Czytanie

Syr. 45, 1-2

Wy chwalajmy mężów sławnych i ojców naszych według następstwa ich pochodzenia. Pan sprawił w nich wielką chwałę.

Hymnus IV



Ie-su Re-démptor ómni-um Co-ró-na confi-tén-ti-um,



In hac di-e clemén-ti-us Nostris fa-vé-to pré-ci-bus.

Tui sacri quia nómminis
Conféssor almus cláruit,
Cuius celébrat ánnua
Devóta plebs solémnia.

Qui rite mundi gáudia
Huius cadúca réspuens,
Cum Angelis cæléstibus
Lætus potítur præmiis.


Huius benígnus ánnue
Nobis sequi vestígia:
Huius precátu sérvulis
Dimítte noxam críminis.

Sit Christe Rex piíssime
Tibi Patríque glória,
Cum Spíritu Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

¶: Iustus germinábit sicut lílum.

¶: Et florébit in æténum ante Dóminum.


Ad Bened. Ant. Ib



Eu-ge serve bone et fi-dé-lis, qui-a in pauca fu-í-sti fi-



dé-lis, supra multa te constí-tu-am, di-cit Dómi-nus.



T.P. Dómi-nus, al-le-lú-ia. **Cant.** Be-ne-díctus. E u o u a e.

Canticum Zacchariae
Luc. 1,68-79

Benedictus Dóminus Deus Israel * Quia visitávit et fecit redemptiōnem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis * in domo David púeri sui:

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sǽculo sunt prophetárum éius.

Salútem ex inimícis nóstris, * et de mánu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nóstris: * et memoríari testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham, páternum nóstrum, * datum se nobis.

Ut sine timóre de mánu ini-
micórum nostrórum liberáti *
serviámus illi.

In sanctítate et iustítia coram
ipso, * ómnibus diébus nóstris.

Et tu puer prophéta Altíssimi
vocáberis: * præibis enim ante
fáciem Dómini paráre vias eius.

Ad dándam sciéntiam salútis
plébi eius: * in remissióne pec-
catórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei
nostri: * in quibus visitávit nos
óriens ex alto:

Illumináre his, qui in téne-
bris, et in úmbra mortis sedent: *
ad dirigéndos pedes nostros in
víam pacis.

Glória Patri.

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus,
Dómine, beáti Antónii Abbátis
comméndet: ut, quod nostris mé-
ritis non valémus, eius patrocínio
assequámur. Per Dóminum

nostrum Iesum Xpistum, Fílium
tuum, qui tecum vivit et regnat in
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
ómnia sǽcula sǽculórum.




Benedi-cámus Dó- mi-no. R. De-o grá- ti- as.

DIE 17 JANUARII

COMMEMORATIO BEATI ANTONII
ABBATIS
SIMPLEX

AD VESPERAS

Sup. Ps. Ant Ic



Dómine. *Ps.* Dixit Dóminus. E u o u a e.

Ps. 109

Dixit Dóminus Dómino meo *
sede a dextris meis:

Donec ponam inimícos tuos *
scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet
Dóminus ex Sion: * domináre in
medio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die
virtútis tuæ in splendóribus
sanctórum: * ex útero ante lucí-
ferum génu te.

Iurávit Dóminus et non pœ-
nitébit eum: * tu es sacérdos in
ætérrnum secúndum órdinem
Melchísedech.

Dóminus a dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natiónibus im-
plébit ruínas: * conquassábit
cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet: *
proptérea exaltábit caput.
Glória Patri.

Ps. 111

Béatus vir qui timet Dómi-
num: * in mandátis eius volet
nimis.

Potens in terra erit semen e-
ius: * generátio rectorum benedi-
céetur.

Glória et divítiae in domo e-
ius: * et iustítia eius manet in
sæculum sæculi.

Exórtum est in ténebris lumen

rectis: * misericors et miserátor,
et iustus.

Iucundus homo qui miserétur et
cómmodat, † dispónet sermónes
suos in iudicio: * quia in ætérnum
non commovébitur.

In memória ætérrna erit iustus: *
ab auditíone mala non timébit.

Parátum cor eius speráre in
Dómino, † confirmátum est cor
eius: * non commovébitur donec
despíciat inimícos suos.

Dispérsit dedit paupéribus: †
iustitia eius manet in sǽculum
sæculi: * cornu eius exaltábitur in
glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, †
dénitibus suis fremet et tabéscet: *
desidérium peccatórum períbit.

Glória Patri.

Ps. 112

Laudáte púeri Dóminum: *
laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíc-
tum, * ex hoc nunc, et usque in
sǽculum.

A solis ortu usque ad occásum,
* laudáble nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes
Dóminus, * et super cælos glória
eius.

Quis sicut Dóminus Deus no-
ster, qui in altis hábitat, * et humí-
lia réspicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de
stércore érigens páuperem:

Ut cóllocet eum cum princípi-
bus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in
domo, * matrem filiorum læ-
tántem.

Glória Patri.

Ps. 115

Créddidi, propter quod locútus
sum: * ego autem humiliátus
sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * om-
nis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro
ómnibus, quae retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et
nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam
coram omni pópulo eius: *
pretiosa in conspéctu Dómini
mors sanctórum eius:

O Dómine, quia ego servus
tuus: * ego servus tuus, et filius
ancíllae tuae.

Dirupísti víncula mea: * tibi
sacrificábo hóstiam laudis, et in
nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in
conspéctu omnis pópuli eius: * in
átriis domus Dómini, in médio tui
Ierúsalem.

Glória Patri.

Ps. 125

In converténdo Dóminus capti-vitátem Sion: * facti sumus sicut consoláti:

Tunc replétum est gáudio os nostrum: * et lingua nostra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * magnificávit Dóminus fácer cum eis.

Magnificávit Dóminus fácer

nobíscum: * facti sumus lætantes.

Convérite Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in Austro.

Qui séminant in lácrimis, * in exultatióne metent.


Eúntes ibant et flebant, * portántes sémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.

Glória Patri.



Dómine, quinque talén-ta tra-di-dísti mi-hi: ec-ce á-li- a



quinque super-lucrá-tus sum.

Capitulum

Eccli. 45


Czytanie

Syr. 45, 1-2

Diléctus Deo et homínibus, cuius memória in benedictiōne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum.

Wychwalajmy mężów sławnych i ojców naszych według następstwa ich pochodzenia. Pan sprawił w nich wielką chwałę.

Hymnus VIII



1. I-ste Conféssor Dómini sacrá-tus, Fes-ta plebscu-ius célebrat



per orbem, Hódi- e læ- tus méru- it secré-ta Scándere cæli.

Qui pius, prudens, húmilis,
pudícus,
Sóbrius, castus fuit et quiétus,
Vita dum præsens vegetávit eius
Cóporis artus.

Ob sacram cuius méritum,
frequénter
Membra languéntum modo
sanitáti,
Quólibet morbo fúerint graváta,
Restituúntur.

Unde nunc noster chorus in
honórem
Ipsíus hymnum canit hunc
libénter:
Ut piis eius prémibus iuvémur,
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque virtus,
Qui, supra cæli résidens cacúmen,
Tótius mundi máchinam gubérrnat
Trinus et unus. Amen

Versiculus

¶.: Iustus germinábit sicut lílum.

¶.: Et florébit in ætérmum ante Dóminum.

Ad Magn. Ant.Ib



Fulgébunt. *Cant. Magni-ficat.* E u o u a e.

Canticum B. Mariæ Virginis
Luc. 1, 46-55

Magníficat * ánima mea Dó-
minum.

Et exultávit spíritus meus * in
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem

ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc
beátam me dicent omnes genera-
tiones.

Quia fecit mihi magna qui po-
tens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progé-
nie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio

suo: * dispérsit supérbos mente
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et
dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres
nóstros, * Abraham, et sémini
eius in sǽcula.

Glória Patri.



Fulgébunt iu- sti, et tamquam scin-tíl-

læ in a- rundiné- to



dis-cúrrent: iudi- cá-bunt na-ti- ó-nes, et regnabunt in æ-térnum.

Oratio

I ntercéssio nos, quæsumus,
Dómine, beáti Antónii Abbátis
comméndet: ut, quod nostris mé-
ritis non valémus, eius patrocínio
assequámur. Per Dóminum

nostrum Iesum Xpistum, Fílium
tuum, qui tecum vivit et regnat in
unitáte Spíritus Sancti, Deus, per
ómnia sǽcula sæculórum.



Benedi-cámus Dó-

mi-no. R̄. De-o

grá- ti- as.

stowarzysz
enie: schola
gregoriana
silesiensis

